

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mors cr  
cum fonte primo

Vixi, Lucili, quantum satis  
erat mortem plenus uel letus expecto.

Vixi, Lucili carissime, quantum satis  
erat; mortem plenus expecto.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 61, 4 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.168, ll.24-25).

Nunquam me caro ista compellat ad  
metum,

nunquam ob honorem huius corpusculi  
menciar.

Numquam me caro ista compellat ad  
metum,  
numquam ad indignam bono  
simulationem;  
numquam in honorem huius corpusculi  
mentiar.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 65, 22 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.180, ll.11-13).

Fortes simus aduersus fortuita; non  
contremiscamus iniurias, non uulnera,  
non uincula, non egestatem.  
Mors quidem est aut finis aut transitus.  
Nec desinere timeo

nec transire quia nusquam tam anguste  
ero.

Seneca LXVI. epistola.

Serviant ergo deteriora melioribus;  
fortes simus adversus fortuita; non  
contremescamus iniurias, non vulnera,  
non vincula, non egestatem.  
Mors quid est? aut finis aut transitus.  
Nec desinere timeo  
(idem est enim quod non coepisse),  
nec transire, quia nusquam tam anguste  
ero.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 65, 24 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.180, ll.24-27).